Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Porro Joannis Baptistæ vita quid aliud erat, quam unicum ac perpetuum jejunium?

Videte inquam meritum:

Magnus ignis Joannes, cujus magnitudini etiam S. Salvator testimonium perhibet, dicens: Inter natos mulierum major non est Joanne Baptista.

perfecta

Ephraim Vit. Proph. c. 24: Joannes Baptista Zacharæ et Elisabet filius -- nobis velut a diebus quidam regni cælestis exhibit. Nullus enim inter natos mulierum major Joanne Baptista.

Cyrillus Jerosolymitanus catech. 3: Initium Evangelii erat Joannes baptizans.

Athanasius
Basilius serm. 1 de jejun. Joannes jejunabat perpetuus. et hom. 2 in Ps. XXVIII: Joannes Vox Domini super aquas Joannes est Baptizans.

Gregorius Nazianzenus orat. 21: Joannes Mediator novi et veteris testamenti.

Ambrosius serm. 64: Videte S. Baptistæ meritum: vocem Patri reddidit, Sacerdoti eloquium reparavit! os quod Angelus aliquaverat Joannes absolvit. -- Aspicite, quanta vis sit ejus vocabuli; cujus nuncupatio reddidit muto vocem, Patri pietatem, populo Sacerdotem. Ipse est nomen ejus: et mirati sunt universi: apertum est illico os ejus et lingua ejus. Præcellit cunctis, eminet universis: antecedit Prophetas, supergreditur Patriarchas: et quis de muliere ~~est~~ inferior est Joanne. et comm. in luc. l. 2: Neque ullam infantiæ sensum ætatem, qui supra naturam, supra ætatem in utero pulsus matris a mensura cæpit ætatis plenitudinis Christi: ~~et serm. 64: Parvus seculo, magnus in spiritu -- Paranymphus Sponsi.~~

Chrysostomus in Matth. XI hom. 38: Cur igitur major prophetis Joannes? quoniam propinquus erat Christo venturo. Mittam enim, inquit, angelum meum ante faciem tuam: qui autem ante faciem est, is proximus est. Nam quemadmodum majore dignitate hi sunt, qui proxime regibus ambulantibus ordinantur: sic et Joannes in ipso adventu constitutus, majore gratia fulsit. Nec tamen testimonium prophetæ ad ostendendam excellentiam ejus sufficit, sed sententiam quoque suam attulit: Amen dico vobis; non fuit inter natos mulierum major Joanne Baptista: non est: non peperit mulier Joanne unquam majorem.